

Ob 30



Michaelis - Programm
1858.

Königliches Friedrichs-Gymnasium
zu Gumbinnen.

Zu der
den 4ten und 5ten Oktober
in dem Saale des Königlichen Gymnasiums
anzustellenden

öffentlichen Prüfung der Schüler

ladet
die geehrten Eltern und Angehörigen der Schüler, so wie die Gönner
und Freunde des Schulwesens

ehrerbietigst und ergebenst ein

der Direktor der Anstalt,

Dr. H. O. Hamann.

Inhalt: Observationes de ablativi, qui dicitur absolutus, usu apud Caesarem
scripsit Dr. C. Kossak.

Jahresbericht. Vom Direktor.

Gumbinnen, 1858.

Gedruckt bei Fr. Krauseneck.



Ordnung der Prüfung.

Montag den 4ten Oktober.

Vormittags.

1. 9—10 $\frac{1}{2}$ Sexta.

1. Latein. Waas.
2. Rechnen. Mauerhoff.
3. Geographie. Mauerhoff.

2. 10 $\frac{1}{2}$ —12 Quinta.

1. Religion. Gerlach.
2. Latein. Basse.
3. Französisch. Hamann.

Nachmittags.

3. 2 $\frac{1}{2}$ —3 $\frac{1}{2}$ Quarta.

1. Französisch. Gerlach.
2. Latein. Dewischeit.

4. 3 $\frac{1}{2}$ —4 $\frac{1}{2}$ Tertia.

1. Mathematik. Sperling.
2. Latein. Kossak.

Zwischen den einzelnen Lektionen werden überall Deklamationen eingeschoben.

Dienstag den 5ten Oktober.

Vormittags.

5. 9—10 Sekunda.

1. Latein. Basse.
2. Mathematik. Sperling.
3. Französisch. Gerlach.

7. 10—11 Prima.


1. Griechisch. Waas.
2. Geschichte. Hamann.
3. Latein. Arnoldt.

6. Lateinische Rede des Primanerß Cappeller.

Entlassung der Abgehenden durch den Direktor. Abschiedsrede und Erwiederung.

Nachmittags.

2 $\frac{1}{2}$ Uhr: Versetzung aus allen Klassen in der Versammlung sämtlicher Schüler auf dem Prüfungs = Saale. Hierauf Austheilung der vierteljährlichen (Schluß =) Zeugnisse in den Klassen.



AB 1718



Observationes de ablativi, qui dicitur absolutus, usu apud Caesarem.

§. 1. De insolito ablativorum absolutorum usu.

Regula, a grammaticis statuta, qua ablativi absoluti collocari non possunt, nisi duo sunt orationis membra, quorum unum protasin, alterum apodosin exhibet, ita tamen, ut inter utrumque relatio intercedat nulla, permultis, ab Caesare petitis, exemplis refutatur. De multis unum afferam, ut hoc primum videamus, quid sit id ipsum, quod quaerimus: Haec quum animadvertisset (Caesar) convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusavit. b. g. I; 40. 1. Sed priusquam ad huiusmodi exempla recognoscenda aggrediamur, ablativorum absolutorum usus, quasi praetereuntes, mentionem faciamus, qui primo quidem aspectu huc pertinere videtur, sed revera ab regula illa non recedit, quamquam in enunciatione primaria unum idemque subiectum, quod dicunt, inest atque ablativorum. Quae qui exempla accuratius secum reputaverit, eum non latebit, ablativos abs. non ita positos esse, ut adverbii fungantur vicibus eius verbi, quod vocatur finitum, primariae sententiae, sed alius orationis membri, ex illo pendens. Cuius generis quae exstant exempla apud Caesarem si attentius perlegeris, intelliges, ea ita esse comparata, ut illud, quod dixi, membrum infinitivus sit, isque in constructione accusativi cum infinitivo positus.

Tria sunt, ut equidem perspicio, huiusmodi exempla apud Caesarem: Si vim faciat neque pareat, interfici iubet (Caesar), nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus. b. g. V; 7. 7. — Nam si legiones in provinciam accesserat, se absente in itinere proelio dimicaturas intelligebat. VII; 6. 3. Galliam Italiamque temptari se absente volebat. b. c. I; 29. 3. 1)

Iam transeuntibus nobis ad exemplorum genus, quod in disputationis decursu diligentius tractandum erit, permulta occurrunt, in quibus admissos esse ablativos abs. videamus, quum commutata orationis structura facile participium, quod dicunt attributivum, in eorum locum substitui liceat. Grammaticorum, qui in hac re explicanda versati sunt, alii aliam proferunt sententiam, ita ut difficile sit diiudicare, quem sequaris. Minime vero in eorum sententia acquiescendum esse arbitror, qui iudicent, illam dicendi rationem, ab vulgari ablativorum abs. usu diversam, scriptoris negligentiae esse attribuendam, etiamsi anacoluthiam quandam inde perspicere posse, qui affirmant, non male coniciunt. Quam in rem si accuratius inquiremus, scriptor eo consilio de vulgari dicendi consuetudine deflexisse videtur, ut sententia, ablativis abs. comprehensa, quam fieri potest distincte acuteque oratione exprimitur et ab superiore enunciato quam plurime distenta existat, quo efficiatur, ut structura bipartita sit. Neque minus altera causa, qua scriptor ablativis abs. uti maluerit, quam participio attributivo, praetereunda videtur; saepe enim illam verborum constructionem usurpatam reperimus, ne quid detrimenti capiat sententiarum gravitas, concinnitas, perspicuitasque. 2)

1) Haase. ad Reisig. schol. gramm. adn. 590. 4. Fischer: Die Rectionslehre bei Caes. progr. 1854. Halle.

2) Ramshorn. lat. Gramm. §. 171. III; 5. p. 480, de hoc inusitato dicendi more dicit: Die Abl. abs. werden, wenn ihr Subj. bei dem nächsten Verbo als Pron. wieder vorkommt, in den Casus dieses Pron., welches dann wegfällt, verwandelt, und das Particip. wird dann eine auf das Verb. Bezug habende Nebenbestimmung seines Nomens. Sind aber die Abl. abs. Zeitangabe, oder bezeichnen sie einen an sich zu beachtenden Nebenumstand, der besonders bemerklich zu machen ist, so bleiben sie stehen. Hoffmannus in progr., quod inscribitur: observata et monita quaedam de casibus abs. etc. Budissae 1826. Ramshornii sententiam redarguit. Prae ceteris doctus ille vir permultum adinvisse mihi videtur, ut haec dicendi ratio,

In percensendis exemplis observasse mihi videor, tria genera commode distingui posse, quorum uni ii subiiciantur loci, ubi subiectum ablativorum abs. unum idemque est atque enunciationis primariae; alteri, in quibus pro nominativo alius casus, quem verborum structura requirit, collocatus est; tertio denique ii loci addantur, quorum sensus tum demum integer est, si propter relationem inter utrumque membrum in apodosi omissus pronominis demonstrativi casus cogitatione intelligitur. Sed primum quidque explicemus.

I. Exemplorum, quae ad primum divisionis ordinem referri possunt, ratio ea est, ut subiectum casuum abs. in superiore sententiae parte aut eodem nomine repetatur:

Dictatore habente comitia Caesare consules creantur Julius Caesar et P. Servilius. (b. c. III; 1. 1. *)

aut pronomibus diversi generis significetur:

Coactis equitum VIII milibus et peditum circiter CCL haec in Haedunorum finibus

recensabantur. VII; 76. 3. *) — Instructo exercitu magis ut loci natura deiectusque collis et

necessitas temporis, quam ut rei militaris ratio atque ordo postulabat, quum diversis

legionibus aliae alia in parte hostibus resisterent. . . b. g. II; 22. 1. *)

aut denique verbo finito comprehendatur. Loci, qui hoc modo compositi sunt, apud

Caesarem ipsum reperiuntur nulli; apud auctores belli Alexandrini et Africani haec sunt exem-

pla: His pulsis, custodia portus relicta, ad littora et vicum applicaverunt. (b. Alex. 17; 6. *)

Omnibus in exercitu insciis et requirentibus imperatoris consilium magno metu ac

tristimonia sollicitabantur. (b. Afric. 10; 3. *)

III. Exemplorum, quae alteri generi adscribuntur, satis magnus est numerus. Sunt

autem ea, ut in nominativi locum alius casus, ad enunciati structuram accommodatus, succe-

dat isque pronomibus demonstrativis exhibetur. Sed huc etiam referri possunt exempla,

ubi et adverbia demonstrativa pronominum vice funguntur et aliud vocabulum rela-

tionem illam inter protasin et apodosin efficit.

minus Romanorum more recepta, distinctius adumbretur et describatur. — cf. Weissenborn lat.

Gramm. §. 274. adn. 8. Billroth lat. Gr. §. 203. adn. 2. Zumpt lat. Gr. X edit. 1850, §. 641. Madv.

lat. Gr. 1844, §. 428. adn. 5. Fischer progr. 1854 p. 4. Hoffm. Jahrbücher für Phil. u. Paedag.

3. Jahrg. 2. Band 3. Heft 1828. Zur Recens. der lat. Gram. von Ramsh.

*) Haec discrepantia mitigatur addito alio nomine: „P. Servilius.“ cf. Wannowsky: Syn-

taxeos anomaliae Graecorum pars de constructione, quae dicitur absol. etc. Leipz. 1835,

p. 67. Ibidem de simili dicendi more apud Graecos disputatum est.

*) Schneider. a. h. l. dicit: quibus (ablativis abs.) non modo accusativum pron. demonstrativi, sed

etiam nominativum recte succedere posse hic locus monstrat.

*) Oudend., quem Herzogius et Heldius secuti sunt, edidit: quum diversis locis legiones aliae —

resisterent; sed Schneid. et Nipperdeus, optimorum MSS. fide nixi, coniecerunt: diversis legio-

nibus. Sunt, Schneid. a. h. l. scribit, ablativi abs., quos excipit nominis eandem rem significantis

casus rectus, ut secundum vulgarem dicendi consuetudinem haec quoque nominativo poni deberent:

quum diversae legiones aliae — resisterent. Sed ista diversitas maioris momenti erat,

quam cui conformata ad hunc modum oratio sufficeret. . . . Itaque quum dici posset: Quum

diversae essent legiones atque ita aliae alia in parte resisterent, maiore etiam

cum vi et simul ad sequentis membri conformationem accommodatus dixit quum diversis

legionibus aliae etc. cf. Dr. Fittbogen progr. Frankf. a. O. 1858: de abl. abs. p. 8. Kraner

a. h. l. interpretatur: da die Legionen getrennt, nicht in zusammenhängender Schlachtordnung auf-

gestellt waren.

*) Sic legit Oudend. Sed hic locus corruptus esse videtur. Nipperd. coniecit: his pulsis custodiae

portus relictae naves ad littora et vicum applicarunt. . . . Memoratu digna huius generis exempla

collegit Sanct. Min. Tom. I, lib. II, cap. VII. Addam ex Virg. Georg. II; 317: semine iacto,

concretam patitur radicem affigere terram. — Servius a. h. l. dicit: Ex abl. i. e. semine assu-

perendum nominativus h. e. semen. — Priscianus ed. Krehl. Tom. II, p. 16 scribit: me legente

proficio. Praeterea cf. Wannowsky: Synt. anom. p. 69 sqq. Hoffm.: observata etc. p. 11. sqq.

Fittbogen progr. p. 8. Franc. Richter: De praecipuis gr. linguae anacoluthis speci. I. p. 29 sqq.

1. Iam primum digeramus exempla, in quibus hoc munus pronomina demonstrativa suscipiant et sententiae conformatio

a) accusativum requirat:

Ubi se diutius intellexit (Caesar) et diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret, convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Divitiaco et Lisco, qui summo magistratui praeerat, quem Vergobretum appellant Haedui, qui creatur annuus et vitae necisque in suos habet potestatem, graviter eos accusat. — b. g. I; 16. 5.

Propter huius periodi amplitudinem, ne perspicuitas claudicaret, Caesar pronomen demposuit; neque minus elucet, hanc enunciati compositionem servire gravitati verborum singulari. Scriptor enim eo consilio alteram participii structuram repudiavit et in eius locum ablativos abs. substituit, ut diceret, principes esse convocatos, priusquam ostenderet, quid convocati passi essent. Eandem interpretandi rationem, quam modo significavi, perspicui licet ex his exemplis: Nam etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat, ut pulsus hostibus dici posset eos ab se per fidem in colloquio circumventos. b. g. I; 46. 3.

Pulsus hostibus — eos Caesar dixit ob rei gravitatem; nam sibi cavendum existimabat, ne daret belli cum Ariovisto incipiendi aliquam suspicionem, neve hostes, si pulsus essent, contenderent, se, data fide adductos, ad colloquium venisse et inter colloquendum circumventos esse.⁶⁾

Turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat. b. g. III; 14. 4.⁷⁾

Quibus auditis (legatis) liberaliter pollicitus hortatusque est, ut in ea sententia permanerent, eos domum remittit. IV; 21. 6.⁸⁾

... nihilo tamen secius principibus Trevirorum ad se convocatis hos singillatim Cingetorigi conciliavit. V; 4. 3.⁹⁾

Obsidibus imperatis centum hos Haeduis custodiendos tradit. VI; 4. 4.¹⁰⁾

... eo (Milone) in Italiam evocato, sibi coniunxit atque eum praemisit. b. c. III; 21. 4.

Eodem impetu cohortes sinistrum cornu pugnantes etiam tum ac resistentibus in acie Pompeianis circumierunt eosque a tergo sunt adorti. b. c. III; 93. 6.¹¹⁾

Paululum ab his locis, quos modo recognovimus, differunt aliamque admittunt interpretationem qui sequuntur: Haec quum animadvertisset (Caesar), convocato consilio

Heiligenstadt 1827. Ed. Wentzel: De Genetivis et Dativis linguae Graecae, quos absolutos vocant. Vratislaviae 1828.

⁶⁾ Oudend. Herz. Held. Schneider a. h. I.

⁷⁾ Schneider a. h. I.

⁸⁾ Kraner a. h. I. dicit: Durch Verbindungen, wie quibus auditis eos remittit; bezweckt der Römer eine genauere Bestimmung der Reihenfolge der Begebenheiten u. lässt das im Participialsatze Enthaltene selbstständiger erscheinen. cf. Held. a. h. I. Multa huius generis exempla ex Livio collegit Drakenborgius lib. 42; 36. §. 7.

⁹⁾ cf. Schneider a. h. I.

¹⁰⁾ Schneider h. I. interpretatur: hos, quos statim, ut erant imperati, adductos existimare debemus. Haas. ad Reis. schol. gramm. p. 760. 3 nimis subtile de h. I. mihi disputare videtur; dicit enim: „Oft kann ein Factum, das im abl. abs. seinen gebührenden Platz einnimmt, darum nicht in ein Praedicat eines Nomens verwandelt werden, weil es als Praed. nur etwas enthält, das sich von selbst versteht u. ganz unnütz sein würde. Hier ist ein Mittelglied, nämlich et acceptis ausgelassen, was sich von selbst versteht; wollte man aber sagen obsides c. imperatos Haeduis cust. tradit, so müsste es eben acceptos heißen.“ Haasii sententiae Fischer. in progr. cit. p. 4 assentitur.

¹¹⁾ Alii codd. habent: oppugnantes, pugnantes — resistentes Pompeianos. Oudend.

omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusavit. b. g. I; 40. 1. Duo hoc loco reperiuntur ablativi abs., inter se particula copulativa que iuncti. Etenim quum animo scriptor rerum, quas traditurus erat, ordinem et seriem intueretur et primo membro ablativos abs., quos verborum structura postulabat, posuisset; non dubitavit, ut orationis concinnitas servaretur, casibus abs. „convocato concilio“ altero quoque membro adiungere „adhibitis centurionibus,“ quamquam sententiam illam aliter conformare poterat.¹²⁾

Mediocri spatio relicto Pullio pilam in hostes immittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit: quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt, in hostem tela universi coniciunt. V; 44. 6.¹³⁾

Oppositio, ut ita dicam, quae inter membra intercedit, hanc constructionem, non alteram illam participii adtributivi exigit.¹⁴⁾ Hoffmannus, qui in progr. cit. p. 27 de hoc loco fusius disseruit, dicit: „Aperte voluit unum protaseos, duo apodoseos esse membra; hunc scutis „protegunt hostes et in illum (Pullionem) tela universi coniciunt: nec potest obscurum esse, „si ad alterius structurae rationem dicas: quem percussum et exanimatum scutis „protegunt hostes, in illum tela universi coniciunt, structuram ita mutari, ut illa „certe, quam voluit esse, membrorum concinnitas paene prorsus perdatur.“

b) His expositis unum, quod inveni, exemplum proferam, quo similis dativi usus comprobetur:

Quibus effectis armatisque (navibus) diebus triginta, a qua die materia caesa est, adductisque Massiliam his D. Brutum praeficit. b. c. I; 36. 5.¹⁵⁾

c) Ablativum, quem vocant instrumentalem, cognoscas ex hoc exemplo:

Sed celeriter cives Romani ligneis effectis turribus his sese munierunt. b. c. III; 9. 3.¹⁶⁾

d) Neque minus passim exempla reperiuntur, ex quibus pronomen demonstr. cum praepositionibus copulatum esse eluceat:

Media circiter nocte iis, qui adaquandi causa longius a castris processerant, ab equibus correptis fit ab his certior Caesar. b. c. I; 66. 6.¹⁷⁾

Propter rei gravitatem Caesar hac verborum collocatione usus est; nam quod hostes a Romanorum equibus correpti erant, id nullius erat momenti atque ponderis; at vero Caesaris permultum intererat, ut statim ab correptis certior fieret, quid apud hostes gereretur. —

¹²⁾ Haas. ad Reis. schol. Gr. adn. 590. 7. — Fischer in progr. cit. p. 5. — cf. Hoffm. in progr. cit. p. 26, qui similem, ab Cic. Phil. III; 14; 36. petitem, locum attulit. —

¹³⁾ Hanc lectionem receperunt recentiores editores, Schneiderus et Nipperdeus. Oudend. legit pro „in hostem“ in illum tela — coniciunt.

¹⁴⁾ Haas. ad Reis. schol. p. 761. 6. Fischer progr. p. 5. Krauer b. g. V, 44. 6. Similia exempla apud Graecos profert Wannowsky: Synt. anom. p. 69.

¹⁵⁾ Doberenz. a. h. l. — Eiusdem generis exemplum apud Liv. X; 38. 14. invenitur: Primoribus Samnitium — obstrictis, decem nominati sunt eis dictum. — Weissenb. coniecit: Primoribus — obstrictis decem nominati sunt eis dictum. — Genitivus pron. „ille“ ad subiectum abl. abs. refertur apud Sall. Cat. 48; 7. (cf. Kritz a. h. l.) et pron. „is“ apud Liv. 38; 54. 1. —

¹⁶⁾ Haasius ad Reis. schol. adn. 590. 5. Held. a. h. l. Fischer in progr. cit. p. 4: Die abl. abs. sind hier gesetzt der Kürze u. der genaueren Angabe der Subjecte wegen, da bei der pass. Construction die Beziehung auf das Subject des Hauptsatzes nicht besonders gesetzt wird. —

¹⁷⁾ Lectio huius loci varia est. Complures MSS. habent pro „iis,“ „hi vel ii,“ pro „correptis,“ „correpti vel correpti sunt,“ „ab his“ deest. cf. Oudend. Nipperd. Held. b. c. I; 66. 6.

... scutoque ad eum relato Scaevae centurionis inventa sunt in eo foramina CXX
b. c. III; 53. 3.

Minucius inter saxa — fugiens opprimitur et relato domum Cassio ad eum ducitur. b. Alex. 53; 3.

Huc addam exemplum, in quo pronomen personale hanc ἀκαταλληλίαν, quam vocant, efficit: Is (C. Valerius Proculus) se praesente de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim neceretur, an in aliud tempus reservaretur. b. g. I; 53. 7.

Mutato constructionis ordine Caesar dicere poterat: Is de se praesente . . . , nisi ex verbis ipsis „se praesente“ (sogar in seiner Gegenwart), qualis esset barbarorum crudelitas atque insolentia, magis emergere voluisset.

2. Tum ea exempla percenseamus, in quibus pronominis loco adverbium, quod dicitur demonstrativum, deprehendatur: Huc Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit occupatoque oppido ibi praesidium collocat. b. g. I; 38. 7.¹⁸⁾

Eos (legatos) domum remittit et cum iis una Commium, quem ipse Atrebatibus superatis regem ibi constituerat — mittit IV; 21. 7.

Commodissimum esse statuit (Caesar) omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios milites deponere b. g. I; 42. 5.¹⁹⁾

3. Postremo non indigna esse arbitror, quae diligentius intueamur exempla tria haec, quae quidem primo adpectu ab illis, supra perlustratis, longissime diversa esse, nihilo minus tamen verborum structura cum illis congruere videantur, quum relationem quandam inter utrumque enunciationis membrum intercedere neminem effugiat. Quorum unum ita comparatum est, ut relatio illa non pronominibus efficiatur, sed participiis, quae, si accuratius perpenderit, ab ea notione, quae inest in praedicato ablativorum abs., haud multo discedunt. Ne obscurior sim, exemplum afferam: Si quos adversum proelium et fuga Gallorum commoveret, hos, si quaerent, reperire posse, diuturnitate belli defatigatis Gallis Ariovistum, quum multos menses castris se ac paludibus tenuisset neque sui potestatem fecisset, desperantes iam de pugna et dispersos subito adortum . . . vicisse. b. g. I; 40. 8.

Sine ulla dubitatione Caesarem hoc loco non minus quam aliis multis pro participiis „desperantes et dispersos“ pronomen „hos“ collocare potuisse, quis non sentit? Sed in flumine orationis, qua milites suos, timore quodam affectos, incitare vellet, ut alacriores essent ad rem cum Germanis gerendam, participia illa, quibus verborum suorum vim efferret atque auget, pronomini praeoptavit: —

Reliqua duo, quae huc spectant, exempla ita sunt, ut nomen ipsum, quod subiectum est casuum absol., in superiore enunciatore repetatur et obiecti vicibus fungatur: At hostes, ubi primum nostros equites conspexerunt, . . . nihil timentibus nostris . . . impetu facto celeriter nostros perturbaverunt. IV; 12. 1.

Iisdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius provinciae civitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio per se cohortes eiecit portasque praeclusit. b. c. II; 19. 5.

III. Exemplis, quae modo in adpectu posuimus, ea quoque addenda sunt, in quibus subiectum casuum absol., obiecti loco in sententia primaria intelligi oportet, ut totius enunciationis sensus omnibus suis numeris et partibus perfectus sit atque expletus. Ex pluri-

¹⁸⁾ cf. Seyffert a. h. l. Fischer in prog. cit. p. 4.

¹⁹⁾ Ab hac vulgata lectione nonnulli MSS. recesserunt et pro „eo“ receperunt „in eos“ vel „in eis“ vel „iis.“ Sed Oudend. monet, „eo“ non mutandum esse — Similem usum huius modi adverbiorum pro praepositione cum pronom. ostendunt. b. g. I; 51. 3. V; 14. 5. b. c. III; 12. 1. III; 24. 1. cf. Naegelsb. lat. Stil. §. 68.

mis locis ellipsis, quam vocant, pronominis demonstrativi perspicui potest; uno loco verborum constructio exigit, ut ex ablativis abs. totum enunciatum cogitatione addatur.

a) Primum igitur exempla afferri liceat, ubi pronomen demonstr. accusativi loco supplendum esse videas:

Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit. VI; 43. 1. ²⁰⁾

Simili ratione ibi Vercingetorix . . convocatis suis clientibus facile incendit. VII; 4. 1. ²¹⁾

Caesar . . legionibus intra vineas in occulto expeditis cohortatus . . VII; 27. 2. ²²⁾

Utrisque clamore sublato excipit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. VII; 88. 2. ²³⁾

Eo (Milone) in Italiam evocato . . sibi coniunxit (scil. eum) b. c. III; 21. 4. . . . cohortibus equitibus circumdatis cohortatur b. Afr. 18. 4.

Pompeio adveniente oppidani usque eo passi propius accedere . . b. Afric. 23; 2. ²⁴⁾

Quorum ex numero electis hominibus illustrioribus et litteris ad suos cives datis cohortatus . . b. Afric. 32; 4. ²⁵⁾

Praeterea nonnulli etiam loci memorabiles sunt, in quibus obiectum, quod ad verbum finitum primariae sententiae refertur, non ab subiecto, sed ab praedicato casuum absolutorum petendum sit: Nam maiore commisso delicto igni atque omnibus tormentis necat, leviori de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit. — VII; 4. 10. Verba: „maiore commisso delicto“ . . . necat, leviori de causa . . remittit . . . sic interpretanda sunt: eos, qui maius commiserant delictum, necat, eos, qui levius commiserant delictum, vel qui leviori de causa puniendi erant, remittit. (cf. Held. ad h. 1.)

Postero die concilio convocato consolatus cohortatusque est . . VII; 29. 1. (eos, qui convocati erant).

Sub vesperum consilio convocato cohortatus, ut ea — diligenter industrieque administrarent . . VII; 60. 1.

b) Tum sequatur is locus, ubi dativum pronominis demonstrativi reperiamus elliptice usurpatum:

Hunc ex proximis unus iacentem transgressus eodem illo munere fungebatur: eadem

²⁰⁾ Seyffert intelligi vult „eum“ scil. numerum. Held.: eos, quos multos coegerat. cf. Schneider. et Kraner. a. h. 1.

²¹⁾ Editores ante Oudend. habuerunt „eos“ incendit, quod hic; librorum optimorum auctoritate fisus, delevit. cf. Oudend. a. h. 1. et Schneid.

²²⁾ Oudend. recepit: Legiones — expeditas cohortatur . . . ; eum secuti sunt Herz. et Held., sed Schneiderus, Nipperdeus, Seyffertus et Kraner illam, quam attuli, lectionem receperunt.

²³⁾ Dubitari licet, num hoc exemplum illis, quae antecedunt, adnumerandum sit, necne. Seyffertus intelligi vult ante „excipit“ pron. „eum;“ sed verbum „excipere“ hoc loco absolute dictum esse videtur, ita ut, si in Germanicum vertas, notionem habeat: „erfolgen“, „sich unmittelbar anschliessen“, ut b. c. I; 66. 4. renuntiat . . . inde excipere loca aspera . . b. c. II; 7. 3. . . luctus excipit. Liv. II; 61. 1. turbulentiore inde annus excipit. cf. Weissenb. — Fischerus qui in progr. cit. p. 4. huius generis exemplis locum b. c. I; 60. 3. adiecit, in errore, ni fallor, versatur. Ibi enim scriptum est: Petit (Caesar) ab his omnibus, ut se frumento iuvent. Pollicentur atque omnibus undique conquisitis iumentis in castra deportant. Verborum sensus postulat, ut frumentum intelligatur, non iumenta.

²⁴⁾ Lectio varia est; nonnulli codd. habent: Pompeium advenientem. cf. Oudend. a. h. 1.

²⁵⁾ Legitur quoque: electos homines . . Oudend. vero a. h. 1. scribit: Saepissime iam monui, Ablativum istum abs. , subintellecto casu verbi, a Caesare et Hirtio adhiberi, et praesertim cum participio cohortatus. Alii codd. post „illustrioribus“ „Gaetulos;“ alii „Gaetulis“ posuerunt, sed hanc coniecturam spuriam iudicavit Morus. cf. Nipperd. p. 682.

ratione ictu scorpionis exanimato altero²⁶⁾ successit (scil. ei) tertius et tertio quartus . . VII; 25. 3.

c) Restat, ut eum locum afferamus, quo ab ablativis absol. totum repetendum esse enuntiatum, demonstretur, ut verborum sensus integer existat: Eo signo legionis illato speculatores Caesari renuntiarunt. b. c. III; 67. 1. 27) ob Apparet, pro obiecto verbi „renuntiarunt“ habendam esse sententiam: eo signum legionis illatum esse.

§. 2. De ratione, qua praeter consuetudinem subjectum sententiae primariae constructione ablativorum abs. adhibita ponatur.

Caesaris commentarios si quis perlegerit, sine ullo negotio observabit, subjectum, quod vocant, enunciati superioris constructione abl. abs. adhibita ita collocatum esse, ut aut casus absolutos praecedat aut sequatur. Sed tantum abest, ut Caesar hunc vulgarem verborum ordinem plane et omnino tenuerit, ut non raro ab eo recesserit. Permulta enim reperiuntur exempla eius generis, ut subjectum sententiae primariae aut inter ablativos abs. interponatur, aut ut duo vel plures ablativi abs. tali modo dirimantur, aut ut denique enunciatio relativa, quae ad illos pertinet, nominativo primariae sententiae interiecto seiungatur. Plerumque sic usurpantur nomina propria, quae personam vel populum significant, rarius pronomina, semel nomen appellativum, semel adiectivum.

Operae sane pretium est, perscrutari, quae ratio auctorem permoverit, ut minus usitatam subiecti collocationem vulgari anteponeret. Davisius ad b. g. V; 49. 4. ubi legitur: „quibus literis circiter media nocte Caesar adlatis suos facit certiores“ . . dicit: In editis voces erant transpositae, adeo ut oratio dura fieret et confragiosa; quapropter, licet crebras Caesaris μεταθέσεις non ignorarem, vetusti codicis fide nixus, situm verborum mutavi: „quibus litteris — allatis, Caesar“ . . . Sed Clarkius et Oudendorpius, optimorum MSS. auctoritate permoti, verborum ordinem illum restituerunt. Quos secuti sunt, qui proximis temporibus Commentarios ediderunt, Schneiderus, Nipperdeius ceterique. Neque dubium est, quin talis verborum transgressio, quod Quinctilianus Instit. IX; 3. 91. et IX; 4. 144. hyperbaton nominat, orationi vim attribuat singularem et res, quam participium factam demonstrat, a quo sit facta, certius constet.²⁸⁾

Cuius generis dicendi satis multa exempla apud Caesarem reperiuntur, quae iam ordinem, quem supra proposuimus, observantes, accuratius recognoscamus.

²⁶⁾ Ita ediderunt Oudend. Held. et Schneider; Nipperdeius, Seyffertus et Kranerus: eadem ratione . . . exanimato alteri successit. Sed Oudend. ad h. l. monet, Caesaris esse morem ita loquendi, et Schneid., lectionem suam defendens, in adnotatione critica dicit: Ablativus ad rei gravitatem tanto aptior est dativo, ut nullo modo vereri poterit scriptor, ne, si „altero“ posuisset, id lectores an pro dativo accipiendum esset, dubitarent. Hoffmannus in progr. cit. p. 17. qui scripturam, quam attuli, secutus est, casum pronominis omissum et cogitatione addendum esse, negat. Homo Graecus, inquit, et Romanus plerisque certe locis non desiderabat tale pronomen, quo vel nos saepenumero caremus, velutsi dicas: nachdem der zweite getödtet war, folgte ein dritter . . .

²⁷⁾ Hac vulgata scriptura repudiata Nipperdeius, quem Doberenzius secutus est, concecit: . . speculatores rem renuntiarunt, in lectionum commemoratione pag. 598. 15 his verbis usus: rem renuntiarunt ego, renuntiarunt codd. — Quum Ciacconius legendum esse putaret: Eo signa legionis illata speculatores Caesari renuntiarunt, Oudend. scripsit: Tu vero, mi Lector, nil muta. Solet Caesar Ablativum abs. ponere, subintellecto casu sub verbo addito. Ut hic signo illato, renuntiarunt eo scil. signum illatum. cf. Held. ad. h. l.

²⁸⁾ Schneid. b. g. II; 11. 2. — Hac quoque dicendi ratione Graecos usos esse ostendit Dr. Fittbogen in progr. . . de abl. absol.⁵⁶ p. 10. (Frankf. a. O. 1858) eamque exemplo, ex Thucyd. III; 99. 4. sumpto, stabilire studet. — cf. Fischer prog. 1854. p. 5. Madv. lat. Gramm. §. 428. 3. Reis. schol. §. 480. et Haas. ad Reis. schol. adn. 591.

1. Subjectum enunciati superioris inter ablativos abs. interpositum esse, illustrant exempla, qualia haec sunt:

Hac re statim Caesar per speculatores cognita insidias veritus . . . exercitum equitatumque castris continuit. b. g. II; 11. 2.²⁰⁾

Cognita Caesar causa reperit ab Suevis auxilia missa esse VI; 9. 8. Recepto Caesar Orico nulla interposita mora Apolloniam proficiscitur. b. c. III; 12. 6. Quo tamen incommodo Domitius accepto reliquias — collegit. b. Alex. 40. 5.

Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis — naves onerarias incendit b. Afric. 62. 5.³⁰⁾
Hac vos fortuna atque his ducibus repudiatis Corfinensem ignominiam . . . sequimini!
b. c. II; 32. 13.

Quibus ille*) cognitis — aggerem iubet comportare (milites) b. c. III; 62. 1.
Neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita tollere auderet. VI; 17. 5.^{**)}

Indictis inter se principes Galliae conciliis — queruntur de Acconis morte VII; 1. 4.³¹⁾
Nam qui ex acie refugerant milites — missis plerique armis — magis de reliqua fuga quam de castrorum defensione cogitabant. b. c. III; 95. 3.

Quibus exemplis allatis de tribus locis, qui in dubitationem cadunt, mentionem faciam.
Codd. enim deterioris familiae ediderunt b. g. VIII; 3. 5. Tali conditione Bituriges proposita — idem fecerunt.³²⁾ b. c. III; 39. 1. Deductis orae maritumae Caesar praesidiis . . . et b. c. III; 101. 5: adplicatisque nostri ad terram navibus — egerunt . . . sed optimorum MSS. auctoritate fisi, Oudend. Nipperd ceterique editores scripturas illas respuerunt et primo loco „proposita Bituriges“ . . . , altero . . . „praesidiis Caesar,“ tertio, pro „nostri,“ „nostris“ legi iusserunt.³²⁾

Quemadmodum supra casum rectum inter abl. abs. interpositum vidimus, ita etiam uno loco in constructione accusativi cum infin. accusativum subiecti illam sedem occupare reperimus: Debere se (Ariovistum) suspicari simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. b. g. I; 45. 14.

2. Eadem ratio, quippe quae auctorem permoverit, ut supra vulgarem dicendi morem progrediretur, efficit etiam, ut subiectum enunciati primarii inter duos vel plures ablativos abs., statim sese excipientes, interpositum inveniamus. Examinemus haec exempla: Qua re nunciata Caesar intermissa protectione atque omnibus rebus postpositis magnam partem equitatus . . . mittit. V; 7. 6. His rebus cognitis a captivis perfugisque Caesar praemisso equitatu . . . iussit. V; 18. 4. Quorum pertinacia cognita Caesar XX cohortibus instructis castrisque eo loco metatis . . . iubet VIII; 15. 2. Qua difficultate eorum cognita Caesar sagittariis funditoribusque dispositis, tormentis etiam — collatis — prohibebat VIII; 40. 5. Quare — cognita . . .

²⁰⁾ cf. Kraner. a. h. I.

²¹⁾ cf. Ovid. Metamor. VIII; 261.: et sumptis pro supplice Cocalus armis mitis habebatur. cf. Sibilis a. h. I.

²²⁾ Eandem pron. demonstr. traiectionem videbis: Corn. Nep. Dion. II; 5. Dat. V; 5.

²³⁾ Similiter pron. ipse et quisque inter ablativos abs. interponi solent. Haec dicendi consuetudo etsi apud Caesarem non reperitur, tamen non alienum esse videtur, hoc loco aliquot exempla, de aliis scriptoribus deprompta, afferre. Liv. IV; 44. 10: . . . causa ipse pro se dicta — quindecim milibus aeris damnatur. cf. Weissenb. a. h. I. cf. 29; 2. 1. 38; 47. 7. 45; 10. 2. Tac. Germ. 37. De pron. quisque conferas velim Sallus. Jugurt. 18. 3. et quae Kritz. a. h. I. dixit; et Lust.; 29. 1. 8. cf. Madvig. lat. Gram. §. 428. 3. Haas. ad Reis. schol. adn. 362. p. 333. et adn. 591.

²⁴⁾ Huius generis exempla leguntur apud Curt. V; 14. 3. ed. Zumpt: His captivus expositis interrogatus a rege . . . et apud Corn. Nep. Paus. V; 1: His rebus ephori cognitis . . .

²⁵⁾ cf. Fischer. progr. cit. p. 5. Held. ad III; 39. 1. et III; 101. 4.

²⁶⁾ Oudend. ad h. I. Schneid. ad V; 49. 4.

Caesar continuato . . . opere . . . reduxerat b. c. I; 62. 1. Qua re animadversa Varus et terrore exercitus cognito buccinatore . . . et paucis . . . relictis . . . exercitum reducit. b. c. II; 35. 7. . . . et tantis detrimentis receptis Octavius desperata oppugnatione oppidi . . . sese recepit. b. c. III; 9. 8. Quibus cognitis rebus Pompeius deposito consilio pecunia societatis sublata . . . Pelusium pervenit. b. c. III; 103. 1.

Cuius adventu cognito Sontiates magnis copiis coactis . . . proelium commiserunt. b. g. III; 20. 3. Depopulata Gallia Cimbri magnaue illata calamitate . . . finibus . . . excesserunt. VII; 77. 13. Uno die intermisso Galli atque hoc spatio magno cratium, scalarum, harpagonum numero effecto . . . ex castris egressi . . . accedunt. VII; 81. 1.

3. Ablativos abs. ab enunciatione relativa, quae ad eos spectat, subiecto prioris sententiae inserto, seiungi, hoc exemplum, quod apud Caesarem unum inveni, ostendit: Castris ad eam partem oppidi positis Caesar, quae intermissa a flumine et a paludibus aditum . . . angustum habebat, aggerem apparare coepit. VII; 17. 1. (cf. Schneid. a. h. l.)

§. 3. Num Caesar participiorum perf. pass. ablativos, quibus subiectum desit, absolute usurpaverit?

Caesarem ab genere ablativorum abs., quales sunt audito, cognito, dicto similesque, quorum usus ceteris omnium temporum historiarum scriptoribus familiarissimus est,³⁴⁾ abstintuisse, Nipperdeius in quaestionibus Caes. p. 148 contendit. Sed haud scio an verear, ne docti viri sententiae, si eam diligentius perquiramus, locus ille b. g. VII; 52. 1, qui non mediocrem interpretibus attulit difficultatem, resistat. Ibi enim ita scriptum est: Postero die Caesar . . . temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicavissent, quo procedendum aut quid agendum videretur, neque signo recipiendi dato constisissent neque tribunis militum legisque retineri potuissent exposito, quid iniquitas loco posset, quid ipse ad Avaricum sensisset. — Hanc codicis Andini lectionem, primum a Gronovio ad Liv. I; 41. 6.*) prolatam et commendatam, Oudend. quoque recepit: „eleganter enim,“ inquit, „participia hoc modo absolute ponuntur.“ Gronovio et Oudendorpio auctoribus Schneiderus eandem scripturam secutus, neque vero eadem interpunctione usus est. Illi enim et plerique eorum, qui secuti sunt, interpunctione post „potuissent“ alii maiore, alii minore posita, participium „exposito“ ad verbum „reprehendit“ referunt; Schneiderus illa interpunctione deleta participium „exposito“ referri vult ad proxime praecedens „neque . . . retineri potuissent“ et Germanice enunciari iubet: . . . noch von den Kriegstribunen und den Legaten hätten zurückgehalten werden können, da (obwohl) ihnen doch vorgestellt worden war, was . . . , dicens, sententiam oratoris brevius simul et significantius enunciari non potuisse, quam hoc participii ablativo, cuius usum scriptoribus post Caesarem omnibus valde familiarem a Caesare abiudicare inconsultum videatur. Negare non possum, meam quidem sententiam ad Schneideri interpretationem inclinare, quamquam a vulgata lectione decessit. Hanc recepit Nipperdeius et editores, qui proximo tempore Commentarios curavere, Seyffertus et Kranerus. Ibi post verbum „potuissent“ interpunctio maior posita et pro exposito „exposuit“ scriptum est, ita ut legendum sit: neque . . . retineri potuissent. Exposuit, quid . . .

³⁴⁾ Apud Cicer. ipsum haec structura invenitur de offic. II; 12. 5. Gruber a. h. l. De fin. II; 27. 85. Ad fam. 8; 8. cf. Zumpt Gr. § 648. Madv. Gram. § 429. Weissenborn lat. Gr. § 250. 3. Billr. § 203. 3. Reis. schol. § 432. Krebs. Antib. § 83. monuit, ab huius generis participiorum usu cavendum esse.

) cf. Drakenborg. a. h. l.

Plane alia ratio adhibenda est in interpretando loco b. c. I; 39. 3.: Audierat; Pompeium per Mauritaniam cum legionibus iter in Hispaniam facere. —

Ad veram huius loci, qui vitiatus est,³⁵⁾ lectionem constituendam editores frustra labores susceperunt. Gruterus coniecturam fecit, pro audierat olim fuisse: audito; sed in MSS. haec scriptura non reperitur. Reisigium, qui in schol. gram. p. 762: „audito Pompeium adesse“ legendum esse putavit et ibidem intra cancellos addidit: „wo die Lesart schwankt zwischen audito und audierat,“ Schneiderus b. g. VII; 52. 2. redarguit.

His duobus locis exceptis, quorum alter addubatur, alter MSS. auctoritate non firmatur, apud Caesarem alia nulla reperiuntur exempla, quae talem verborum structuram, qualem ea, de quibus modo disserui, habeant. Nam exemplorum, quae duo praeterea supersunt, ratio ea est, ut non modo accusativus cum infinitivo, quem in antecedentibus enunciatis subiecto significando inservire animadvertimus, desideretur, sed etiam nomen, quod subiecti vicibus fungitur, participiorum ablative desit.

Quorum exemplorum unum legitur b. c. II; 10. 5: Ad extremum musculi tectum trabesque extremas quadratas regulas IV patentis digitos defigunt, quae lateres, qui super (musculo) struantur, contineant. Ita fastigato³⁶⁾ atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocatae, lateribus lutoque musculus, ut ab igni, qui ex muro iaceretur, tutus esset, contegitur.

De hoc loco interpretes in magna sunt varietate et dissensione. Nipperdeius, quem in proferenda lectione secutus sum, in quaest. Caes. p. 148. ita scribit: „Non rectiora sunt verba „ita fastigato atque ordinatim structo,“ cum et Caesar hoc genere dicendi abstinuerit, et alterum certe participium „fastigato“ poni non potuerit, nisi re, quae fastigata esset, significata. Itaque aut post „structo“ excidit „tecto,“ quod Oudendorpio in mentem venit, aut paulo post „musculus“ delendum est, et hic adiciendum „musculo.“ Heldius a. h. l. ad verba „fastigato“ et „structo“ illa nomina supplenda esse negans, contendit, in illis participiis significationem inesse impersonalem, derivatam a forma passiva „fastigatur“ et „struitur“: „es wird gebaut.“ Hunc igitur locum sic in Germanicum transfert: Als so das Dach giebelförmig gebaut und die Latten reihenweise gelegt waren. Cui rationi haud multum repugnat Doberenzii interpretatio: Nachdem man so das Dach giebelförmig errichtet und in der Ordnung gebaut hatte, wie etc., quamquam ea accuratior est et vim impersonalem, illis verbis subiectam, apertius et distinctius reddit. Nec minus Schneiderus ad b. g. VII; 52. 2. p. 491 hanc interpretationem comprobare videtur. Sed meam sententiam proferam. Verbum finitum, quod vocant, fastigo (ὄξυγῶ, acumino, in fastigium erigo. Forcellini) zuspitzen, spitzig machen, erheben, neque apud Caesarem nec apud ullum eiusdem temporis scriptorem reperitur. In Caesaris Commentariis alia nulla illius verbi forma legitur, nisi participii perf. pass., adiectivi vice fungentis, et quidem uno loco b. g. II; 8. 3: Collis leniter fastigatus paulatim ad planitiem redibat (ein sanft abgedachter, abhängiger Hügel verlor sich allmählig zur Ebne). Altero enim loco b. g. IV; 17. 4. lectiones inter adiectivi et adverbii formam fluctuant. Apud Oudendorpium sic legitur: Haec (tigra) quum . . . in flumen defixerat fistucisque adegerat, non sublicae modo directae ad perpendicularum, sed prona ac fastigata, ut . . . procumberent. Schneiderus et Nipperdeius, optimis MSS. confisi, adverbia „directe“ (pro directe), „prone ac fastigate,“ receperunt. Quibus causis permotus, quum his duobus locis participium „fastigatus“ non aliam significationem prae se ferat, nisi adiectivi vel adverbii, putare mihi videor, Nipperdeium, qui coniecturam fecerit, scripturam illam „ita fastigato atque ordinatim structo“ esse mendosam, recte sensisse. —

³⁵⁾ Oudend. a. h. l. cf. Nipperdeium in quaest. Caesar. p. 138. —

³⁶⁾ Fastigato non fastigiato, quod verbum non est Latinum. cf. Oudend. a. h. l. et Freund. lexic. s. v. fastigiatus.

luc) Alter, qui huc spectat, locus ab illo, quem modo commemoravi, et structura et vocum compositione longissime differt. Is invenitur b. c. I; 30. 3: Caralitan, simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto²⁷⁾ ex Italia sua sponte Cottam ex oppido eiciunt.

Ante „profecto“ ablativus subiecti desideratur, sed intelligendum est pronomen „eo,“ quod facile fieri potest, quum nomen „Valerius“ paulo antecedit.²⁸⁾ Quibus rebus exquisitis proxime ad verum accedere videtur, huius generis ablativorum abs. usum Caesarianae dicendi consuetudini repugnasse. Nam loco ipso, qui legitur b. c. I; 30. 3., excepto omnes ad unum in disceptationem cadunt. Voculas autem illas, ut bipertito, tripertito, consulto, quarum in numerum Fischer. in progr. 1854. p. 3 etiam directio et improvisio refert, si quis huc adiciendas esse putarit; is perperam sentiet, quum quotidiano dicendi usu et formam et significationem adverbiorum sibi vindicaverit.

§. 4. De ablativis abs., in quibus participium praes. act. praedicati, quod dicitur, vicem obtinet.

Huius generis si exemplorum copia perpenditur, apparet, plurimos locos, in quibus participium praes. act. praedicati munus suscipit, particulae dum (indem, während, während dass) notionem habere; nonnullos quoque particularum quamvis (quamquam, etsi ect.), si, quum et quod (weil) significationi respondere.

Exemplis, quae sunt ordinis primi, ea vis subiecta est, ut, quae in protasi et in apodosi enunciantur, ea uno eodemque temporis momento facta cogitari oporteat. Ex omnibus, quae huc referri possunt, nisi unum alterumve me fugit, notissimum id esse videtur, quod legitur b. g. IV; 12. 2:

At hostes . . . impetu facto celeriter nostros perturbaverunt; rursus resistantibus consuetudine sua ad pedes desiluerunt. . .

Sic edidit Nipperdeus, optimorum MSS. fide nixus; Schneiderus maiore interpunctione posita scripsit: . . . perturbaverunt. Rursus resistantibus.“ Oudend. recepit: „perturbaverunt; rursus resistantibus nostris;“ alii coniecerunt: „his resistantibus;“ alii „iis resistantibus.“

Si lectio, quam supra attuli, vera est, participium resistantibus subiecto desiderato positum est ita, ut hunc locum, praeterquam quod participia diversa sunt, comparari liceat cum eo, quem ex b. c. I; 30. 3 de promptum, sub prioris paragraphi finem tractavi — *)

Sed ob multitudinem summamque exemplorum copiam omnia faciamus ea omnia, quae vulgarem interpretandi morem retinent; id vero commemorandum esse videtur, plurima, si in Germanicum transvertere cupias, nomine substantivo, cum praepositione quadam coniuncto, enunciari posse; Caesar, . . . quod pluribus praesentibus (in Gegenwart mehrerer) eas res iactari volebat. b. g. I; 18. 1. cf. I; 19. 3. I; 47. 6. Omnibus cupientibus (auf den

²⁷⁾ Coniectura „profectum;“ quae in MSS. secundi ordinis reperitur, rejicienda est. Illa scriptura, quam attuli, a criticis non in dubium vocatur. Oudend. a. h. l. Nipperd. Held. Schneider. ad b. g. VII; 52. 2. p. 491.

²⁸⁾ Conferas velim locum apud Curt. (ed. Zumpt.) III; 34. 9: „At illi, qui sub oneribus erant, omissis per metum, capessunt fugam;“ ubi pron. his ex nomine oneribus supplendum est. cf. Bremi ad Cora. Nep. Att. XI; 4. — Madv. Gramm. § 429. 2 et Weissenborn ad Liv. I; 37. 1. moment, huius modi ablativos abs. plerumque poni, si enunciatio relativa sequitur: missis, qui magnam vim lignorum. — in flumen conlicerent.

²⁹⁾ Schneiderus a. h. l. dicit: „ac primus hic quasi gradus est ad liberiores illum solitarii abl. abs. usum, qui Tacito maxime familiaris est. cf. Ann. 1. 5. et quae Waltherus ad Ann. I; 29 collegit.

Wunsch aller) ad hostium castra contendit III; 24. 5. Caesar petentibus Aeduis (auf Bitten der Aeduer) dat veniam VI; 4. 3.³⁰) cf. I; 28. 4. II; 4. 5. dissuadente primo Vercingetorige post concedente VII; 15. 6. (zuerst auf Abrathen, dann mit Zustimmung des V.) ipsis adhortantibus VII; 20. 3. VII; 26. 1. VII; 61. 1. inspectantibus nobis VII; 25. 1. (vor unsern Augen) b. c. II; 20. 4. b. Afric. 76. 1. 85. 10. consentientibus pluribus VIII; 8. 1. (mit Zustimmung mehrerer) . . resistente senatu, omnibus bonis repugnantibus VIII; 22. 1. (unter dem Widerstande des Senats, unter dem Widerstreben aller Patrioten). cf. b. c. I; 32. 3. b. Alex. 75. 4. 76. 1.

Si in participio negativa vis inest aut vocabulum quoddam eiusdem significationis praecedit, Germanicum illud: ohne, ohne dass, reddi licet: insciente Caesare: ohne Wissen des Caesar. b. g. V; 7. 5, suis inopinantibus VII; 9. 3. b. c. II; 10. 7. nullo hoste prohibente et iter demorante b. g. III; 6. 5. cf. b. Alex. 41. 3. 63. 5. b. Afric. 90. 5. b. Hisp. 2; 2. 15; 2. 16; 4.

Participium praes. act. et part. perf. pass. coniunctum est: b. c. II; 14. 1. nostris languentibus atque animo remissis . . . b. Afric. 83; 5. et paucis acriter repugnantibus interfectisque.

Apud auctorem Africani belli adiectiva et participia praes. saepius inter se copulata reperiuntur: omnibus insciis et requirentibus b. Afric. 10. 3. omnibus insciis neque suspicantibus. 37. 2. quibus metu exsanguibus de vitaque ex suo pro merito desperantibus. 90. 4.

2. Coniunctionem concessivam (obgleich), particula tamen in apodosi desiderata vel adiecta, perspicui licet ex his: Quibus hostibus resistantibus vineas turresque egit. b. g. III; 21. 2.

Quo quum confestim C. Caninius venisset animadverteretque omnes oppidi partes praeruptissimis saxis esse munitas, quo defendente nullo tamen armatis ascendere esset difficile . . VIII; 33. 1.

3. Conditionalem, qui dicitur, sensum reperimus in sequentibus: propterea illo licente contra liceri audeat nemo b. g. I; 18. 3. — Minuente aestu III; 21. 1. non enim dubitabat (C. Fabius), quin . . . summissiores essent futurae (Carnutum copiae), dato vero spatio ac tempore eodem instante Dumnaco possent concitari. VIII; 31. 2. cf. VIII; 32. 1. 40. 4. b. c. I; 44. 4.

4. Quum temporale inest in his: albente coelo b. c. I; 68. 1. (als der Tag graute). b. Afric. 11; 1. 80; 3.

5. Denique eum examinemus locum, ex quo significationem coniunctionis quod (weil), participio comprehensam, cognoscas.

Apud Caesarem ipsum huius modi exemplum non reperi, sed apud auctorem b. Alex. 25; 1: Cum duce adsumpto Alexandrini nihilo se firmiores factos aut languidiores Romanos animadverterent eludentibusque militibus regis aetatem atque infirmitatem magnum dolorem acciperent . . . comteatum . . . intercipere statuerunt. —

§. 5. De ablativis abs., in quibus nomen adiectivum praedicati munus suscipit.

Ablativos abs., ut sereno, dubio, incerto similesque, quibus subiectum deest, apud Caesarem frustra quaesieris. Id vero memoratu dignum puto, aliquot locos ad significationem ablativi modi, quem vocant, propius accedere, quamvis praestare videatur, illos ablativis abs.

³⁰) Non est dativus, sed abl. abs. Schneider. a. h. 1.

adiudicare.⁴⁰⁾ Quos si de Latinis in patrium sermonem convertere velis, variis interpretandi modis uti queas. Explicandis enim huius generis sententiis inserviunt coniunctiones, quae sunt quum, quamvis, (quamquam, etsi ect.) si, dum, prout verborum structura postulat. Neque minus praepositiones cum nomine substantivo in primis aptae sunt ad tales ablativos abs. ex Latinis in Germanicum salvo loci sensu transferendos. Deinde etiam huc referendi sunt loci, qui quidem rarius occurrunt, ubi, adiectivis, praedicati vice fungentibus, negativa vis subiacet vel particula negativa antecedit. Quos in nostrum sermonem vertendo exprimere possumus: ohne, ohne dass, ohne zu, quam significationem item in ablativis abs., quorum praedicatum participium praes. act. est, positam esse, in superiore paragrapho commemoravimus.

1. Ut recognoscamus exempla, primum ea esse aliquot reperimus, in quibus notionem coniunctionis quum (da—als) inesse percipiamus: Ubi nostros non esse inferiores intellexit (Caesar), loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno atque idoneo, . . . transversam fossam obduxit, b. g. II; 8. 3.⁴¹⁾

Ubi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equum proelio nostris Caesar suos in castra reduxit, b. g. II; 9. 2.⁴²⁾

. . . cum illi (hostes) aut ex arido aut paulum in aquam progressi, omnibus membris expeditis, notissimis locis (i. e. quum loca notissima essent) audacter tela conicerent. IV; 24. 2. . . . hostes vero, notis omnibus vadis, . . . impeditos adoriebantur. IV; 26. 2.

. . . in metendo occupatos subito adorti (hostes) paucis interfectis reliquos incertis ordinibus perturbaverant. IV; 32. 5.⁴³⁾ . . . quod propinqua die aequinoctii . . . hiemi navigationem subiiciendam non existimavit. IV; 36. 2. Loca sunt temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus. V; 12. 7. sed nulla feramentorum copia, . . . manibus sagulisque terram exhaurire cogebantur. V; 42. 3.

. . . omnibus suis incolumibus copiis, eodem die ad Ciceronem pervenit. V; 52. 1. ne ab re frumentaria duris subvectionibus laboraret. VII; 10. 1.⁴⁴⁾

. . . alteri non magnis facultatibus . . . celeriter quod habuerunt, consumpserunt. VII; 17. 2. . . . ut qui propinquitatem loci videret, paratos (Gallos) prope aeque Marte ad dimicandum existimaret. VII; 19. 2. Adhortatus milites, ne . . . permoveantur, cupidissimis omnibus (da alle voll Kampflust waren) progressus VII; 40. 4. Incerto etiam nunc exitu victoriae. VII; 62. 6.⁴⁵⁾ cf. b. c. II; 32. 6 incerta victoria. — At Caesar neque resistentes adgrediendos tanto collis ascensu iudicabat. VIII; 14. 3. (da man den Hügel so hoch hinansteigen musste) . . . omnibus adversis (als alles ungünstig stand). VIII; 20. 2.

. . . quod re integra primo incendendum Avaricum, post deserendum censuerat. VII; 30. 2. (als die Sache noch gut stand, als noch nichts geschehen war) Ibi quum Lucterius apud suos cives quondam integris rebus multum potuisset. VIII; 32. 2. (als der Staat noch in glücklichen Verhältnissen, noch frei war). (Caesar) . . . defessam tot adversis proeliis Galliam condicione parendi meliore facile in pace continuit. VIII; 49. 3.⁴⁶⁾ . . . atque erat difficile

⁴⁰⁾ cf. Zumpt. Gram. §. 472. A. et §. 646. Billroth. Gram. §. 203. adn. 1. cf. Fischer. in progr. cit. 1854 p. 2, qui huius generis locos sub uno aspectu posuit.

⁴¹⁾ Schneider. a. h. l.: quum locus — opportunus atque idoneus esset. cf. Kraner.

⁴²⁾ Schneider. a. h. l. dicit: Abl. tempore simul et efficientia coniunctam rem ostendit. cf. Held. Seyffert. Kraner.

⁴³⁾ cf. Schneider. Seyffert. Kraner. a. h. l.

⁴⁴⁾ Schneider. a. h. l. Kraner.

⁴⁵⁾ Heldium et Kranerum, exitu victoriae insolentius dictum esse pro exitu proelii arbitantes, Schneiderus a. h. l. redarguit. Eo sensu enim dictum est, inquit, quo nos dicimus: noch immer war es ungewiss, ob sie auch zuletzt siegen würden, vel, quod eodem redit, wer zuletzt siegen würde. —

⁴⁶⁾ Held. a. h. l. interpretatur: da die Lage, welche sie sich durch Gehorsam sicherten, eine bessere war. cf. Kraner.

eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela vitare. b. c. I; 50. 3. . . duriusque quotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis expectabant. b. c. III; 25. 3. ⁴⁷⁾ Iamque Pompeiani magna caede nostrorum castris Marcellinis appropinquabant. b. c. III; 65. 1. — prius Cassius ad Messanam navibus advolavit, quam Pompeius de eius adventu cognosceret, perturbatumque eum nactus, nullis custodiis neque ordinibus certis, magno vento et secundo . . . naves . . . in Pompeianam classem immisit. b. c. III; 101. 2. ⁴⁸⁾

2. Multo rariores sunt loci, ex quibus coniunctiones concessivae, ut quamquam, quamvis, etsi ect., appareant: Particula tamen in enunciato superiore modo additur, modo desideratur: Exigua parte aestatis reliqua Caesar . . . tamen magno sibi usui fore arbitrabatur. IV; 20. 1. . . quae (naves) tamen ancoris iactis . . . adversa nocte in altum provectae continentem petierunt. IV; 28. 3. (obgleich die Nachtzeit ungünstig war) . . . Nostris celeriter arma ceperunt . . . et . . . longius impeditioribus locis secuti paucos ex suis deperdiderunt. b. g. III; 28. 4. (obgleich die Gegenden ziemlich unwegsam waren.) Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pelles habeant quicquam. IV; 1. 10. ⁴⁹⁾

. . . militibus autem ignotis locis . . . de navibus desiliendum . . . erat. IV; 24. 2. Habendam fortunae gratiam, quod Italiam — cepissent, quod duas Hispanias bellicosissimorum hominum peritissimis atque exercitatissimis ducibus pacavissent. b. c. III; 73. 3. (obgleich d. Führer sehr erfahren und geübt waren.)

3. Aliquot exempla ita conformata esse animadvertimus, ut nostro sermone notionem particulae während, indem, (dum) habeant:

. . . ne quis inermibus imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset. b. g. III; 29. 1. ⁵⁰⁾

. . . quod promiscue in fluminibus perluuntur et pellibus rhenonum tegimentis utuntur, magna corporis parte nuda. VI; 21. 5. . . alternis trabibus ac saxis. VII; 23. 5. (indem Balken u. Steine wechseln.) Ita, quantum hibernorum opportunitas bellique ratio postulabat, perpetuo suo labore in vicem legionibus expeditionum onus iniungebat (Caesar). VIII; 6. 4. (während seine eigene Thätigkeit ununterbrochen in Anspruch genommen war. cf. Kraner.)

. . . nunciatum est, adesse Scipionem cum legionibus magna opinione et fama omnium. b. c. III; 36. 1. (indem eine hohe Meinung und vielversprechende Gerüchte hierüber verbreitet waren. cf. Kraner. et Held.)

Praeterea conferas velim b. c. II; 26. 4. II; 35. 6. III; 6. 3. b. Alex. 16. 7. 47. 1. Afric. 16. 1. 57. 3. 78. 9.

4. Hypothesis, quam vocant, cernitur in his: Sic omnium animos timor praecipuaverat, ut — deletis omnibus copiis equitatum se ex fuga recepisse dicerent neque incolumi exercitu Germanos castra oppugnatos fuisse contenderent. VI; 41. 3. (si incolumis fuisset exercitus).

⁴⁷⁾ Sie warteten, da (bei dem herannahenden Frühlinge) die Winde gelinder weheten, auf die (für die Caesarianer) gefährlicher werdende Zeit. cf. Kraner. et Held. a. h. I.

⁴⁸⁾ Da keine Wachtposten waren und die Schiffe in keiner bestimmten Ordnung standen, überdiess ein starker und günstiger Wind wehete. . . Hic commemoranda videtur cumulatio abl. abs., qua dicendi ratione apud Caesarem nihil frequentius est. Praeterea abl., qui ultimum locum obtinent, ἀσυνδέτως antecedentibus adiecti sunt. Cuius loci si sensum accuratius quaesieris, facile gradationem, ut ita dicam, intelliges. cf. Naegelsbach. lat. Stil. §. 168.

⁴⁹⁾ Schneider. ad b. g. II; 8. 2.: quum loca frigidissima sint. —

⁵⁰⁾ Inermibus . . . militibus abl. abs. sunt, quum Caesar impetum facere vel fieri in aliquem, non alicui dicat.

— iudicabat enim, liberis sententiis patrum conscriptorum causam suam facile obtineri. VIII; 52. 3.⁵¹⁾ Movēbatur etiam misericordia civium, quos interficiendos videbat; quibus salvis atque incolumibus rem obtinere malebat (wenn sie wohlhalten und unversehrt blieben). b. c. I; 72. 3. cf. b. c. I; 67. 5. b. c. III; 112. 4.)

His adiciamus ea exempla, quae, quod supra attigimus, nostro sermone praepositionibus cum nomine substantivo vel simili loquendi ratione enunciari possunt. Ea sunt: tam necessario tempore, tam propinquis hostibus b. c. I; 16. 4. (unter so dringenden Umständen, vel bei einem solchen Drange der Zeit, bei der so grossen Nähe der Feinde). cf. VII; 40. 4. tempestatibus durissimis. VIII; 5. 4. (bei so stürmischer Witterung). cf. b. Alex.

43. 1. et 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

utroque vivo. VII; 33. 3. (zu Lebzeiten beider). cf. VIII; 21. 4. florentissimis rebus b. g. I; 30. 2. (trotz ihres blühenden Zustandes). tot navigationibus V; 23. 2. (trotz so vieler Schifffahrten). — Quibus rebus perfectum est, ut altissimis fluminibus atque impeditissimis itineribus. b. c. III; 77. 2. (trotz der sehr tiefen Flüsse u. der sehr beschwerlichen Wege.) cf. b. c. III; 80. 6. latere aperto aggressi. b. g. I; 25. 5. (auf der unbeschützten Seite). secundo flumine. VII; 58. 5. (stromabwärts) adverso flumine. VII; 60. 3. (stromaufwärts). cf. VII; 61. 3. b. c. III; 30. 4. se invito b. g. I; 8. 2. (wider seinen Willen) cf. I; 9. 1. IV; 16. 4. VIII; 22. 2. b. c. III; 112. 4. imprudentibus omnibus. VIII; 36. 3. (wider Vermuthen aller.) re infecta. VII; 82. 4. (unverrichteter Sache.) infectis iis, quae agere destinaverat, ab urbe proficiscitur. b. c. I; 33. 4. (ohne das gethan zu haben, ohne Vollendung dessen, was —).

(Cato) queritur in concione, sese proiectum ac proditum a Cn. Pompeio, qui omnibus rebus imparatissimis non necessarium bellum suscepisset. b. c. I; 30. 5. (ohne alle u. jede Vorbereitung.)⁵²⁾

Praecipue Germanicum ohne ad eos locos interpretandos adhiberi potest, ubi pronomen nullus nomini substantivo antecedit: nullo certo ordine atque imperio. b. g. II; 11. 1. (ohne bestimmte Ordnung und Befehl). nullo periculo . . V; 29. 6. (ohne irgend eine Gefahr). cf. b. c. II; 26. 4. II; 38. 4. III; 101. 2.

§. 6. De ablativis abs., ubi praedicatum nomine substantivo exhibetur.

Substantivorum, quae in ablativorum abs. constructione in praedicati locum succedunt, apud Caesarem haud multa reperiuntur; sunt autem haec: consul, praecipue ad tempus indicandum, quo aliquid fit; auctor, dux, deprecator, ad hominem ipsum, qui rem aliquam peragit, significandum.

Ariovistum se consule (unter seinem Consulate) cupidissime populi Romani amicitiam appetisse. b. g. I; 40. 2. ipso consule Pompeio. b. c. I; 32. 3.

Is M. Messala et M. Pisone consulibus — coniurationem nobilitatis fecit. b. g. I; 2. 1.⁵³⁾

Is dies erat a. d. V. Kal. Aprilis L. Pisone, A. Gabinio consulibus. I; 6; 3. — quoniam M. Messala, M. Pisone consulibus senatus censuisset. I; 35. 4. cf. IV; 1. 1. V; 1. 1. . . . postremo quid esse levius aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere

⁵¹⁾ Held: wenn man den Senat frei stimmen liesse. cf. Kraner.

⁵²⁾ Sic Nipperdeius, optimorum codd. fide nixus, edidit. Oudend. et Held coniecerunt: omn. reb. imparatissimus, quae scriptura minus commendanda videtur.

⁵³⁾ Copula et, quam Caesar, ut ex sequentibus exemplis videbimus, omittere solet, hoc loco addita est. cf. Schneider, a. h. l. Kraner. — Zumpt Gr. §. 783. —

consilium? V; 28. 7. (auf den Rath, auf Veranlassung d. Feindes). Unusquisque enim opiniones fingeat et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno auctore⁵⁴⁾ ad plures permanerat, atque alius alii tradiderat, plures auctores eius rei videbantur. b. c. II; 29. 2. (Pompeius demonstrat) cuius rei magnam partem laudis atque existimationis ad Libonem perventurum, si illo auctore atque agente⁵⁵⁾ ab armis sit discessum. b. c. I; 26. 2.

quo si auctore in Caesaris fidem amicitiamque venturi essent. . . b. Alex. 23. 3. Tertium iam hunc annum regnantem (Tasgetium) inimici multis palam ex civitate auctoribus⁵⁶⁾ interfecerunt. b. g. V; 25. 3.

Duce Boduognato. b. g. II; 23. 4. cf. III; 21. 4. VI; 40. 3. VII; 67. 7. VIII; 6. 2. b. Alex. 74. 3.

De tertia vigilia Titum Labienum legatum pro praetore cum duabus legionibus et his ducibus, qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet. . . b. g. I; 21. 3.⁵⁷⁾

Ubi ea dies venit, Carnutes Cotuato et Conetodunno ducibus, desperatis hominibus, Genabum — concurrunt. . . VII; 3. 1.

. . . ut eo deprecatore a Sequanis impetrent. b. g. I; 9. 2. (auf dessen Fürbitte).

Haec habui de his rebus, quae in praesentia dicerem. Sed priusquam scribendi finem faciam, id monitum velim, me spatium, huic libello lubentissime concessum, longius transgressurum, si vellem exponere, qualis sit apud Caesarem usus ablativorum abs., qui, participium perf. pass. praedicati loco continentes, verborum structura ita conformati sunt, ut de iusta quidem dicendi consuetudine non deflectant, sed tamen propria quaedam habeant, neque indigna, in quibus considerandis immoremur; si explicare vellem, qua ratione Caesar substantiva verbalia, ut adventu, discessu, eventu, defectione, fuga et similia saepissime pro ablativis abs. usurpaverit. Quae omnia ad aliud tempus differenda existimavi.

Dr. C. Kossak.

⁵⁴⁾ In verbis „uno auctore“ significatio, quae dicitur concessiva, inesse videtur, ita ut interpreteris: obgleich der Urheber nur einer war, das Gerücht nur von einem ausging (cf. Döberenz. a. h. I.); nur von einem gewährleistet wurde. Nagelsb. lat. Stil. §. 55. 2.

⁵⁵⁾ Participium agens hoc loco pro substantivo positum est: auf dessen Veranlassung und Mitwirkung. Cicero et Corn. Nep. iungunt auctor et actor. Cic. pro P. Sextio c. 28. dux, auctor, actor rerum illarum fuit. Corn. Nep. Attic. III; 2: hunc — actorem auctoremque habebat. cf. Bremi.

⁵⁶⁾ Sic edidit Schneiderus; Nipperd. recepit: inimicis multis palam ex civitate et iis auctoribus eum interfecerunt; cf. Oudend. et Schneiderum adn. crit. Tom. II; p. 99.

⁵⁷⁾ Cave, verba „his ducibus“ praepositioni „cum“ adiungas; ablativi abs. sunt. Illum locum Germanice interpretari potes: Er befiehlt dem T. Labienus mit zwei Legionen und unter Führung derjenigen, welche den Weg erforscht hatten, den höchsten Gipfel des Berges zu besteigen. cf. Oudend. Schneider. Seyffert. —

Jahres - Bericht

von Michael 1857 bis 1858.

Der Kursus des Schuljahres 1857/58 wurde nach Ablauf der Herbstferien am 12ten Oktober eröffnet, worauf am 15ten Vormittags 11 Uhr die Feier des Geburtstages Sr. Majestät, unsers Allergnädigsten Königs und Herrn, in hergebrachter, doch diesmal still-ernster Weise mittels der vom Direktor gehaltenen Andacht und der Festrede des wissenschaftlichen Hülfsllehrers Dr. Waas folgte, welche den homerischen Spruch (Ilias IX. 443.) *μῦθον τε ἠνῆος ἔμεναι, πικρῆνός τε ἔργων* behandelte.

In dem Bestande des Lehrer-Kollegiums ist während des laufenden Schuljahres eine Veränderung noch nicht eingetreten, wohl aber vorbereitet; der Bericht über dieselbe kann erst im nächsten Programm erfolgen. Dem wissenschaftlichen Hülfsllehrer Dr. Waas wurde durch Verfügung vom 26ten April c. (1128) ein sechs wöchentlicher Urlaub zu einer Badereise zur Stärkung seiner Gesundheit in der Art bewilligt, daß die beiden Hälften dieser Zeit vor und nach den Sommerferien fielen, zugleich durch Verfügung vom 31sten Mai c. (121. R.) eine Unterstützung aus den verfügbaren Mitteln der Anstalt, endlich unter dem 9ten August c. (2092) eine zweiwöchentliche Urlaubsverlängerung bis zum 12ten September gewährt. Die Lehrer und der Direktor haben ihn während seiner langen Abwesenheit so vertreten, daß für die Schüler der geringste Nachtheil zu befürchten war.

Die Gesamtzahl unserer Zöglinge betrug am 1sten September v. J. (s. vorjäh. Progr. p. 21) 211. Bei Eröffnung des Kursus fanden sich nach dem Abgange von 23 und der Aufnahme von 28 vor: 216. Nachträglich sind bis zum 1sten September d. J. 11 aufgenommen, dagegen 22 abgegangen, bleiben gegenwärtig:

	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.	Summa.
und zwar in							
hiefige	23	25	28	19	7	8	= 110
auswärtige	7	14	21	27	18	9	= 96
Summa	30	39	49	46	25	17	= 206

Von diesen Schülern waren 34 von der Schulgeldzahlung befreit. Hiernach hat das Königliche Provinzial-Schulkollegium während des abgelaufenen Schuljahres die Summe von 555 Rthlr. an Schulgeld und 24 Rthlr. 10 Sgr. an Turnbeiträgen erlassen.

Am 23ten Mai, dem heil. Pfingstsonntage, verstarb der hoffnungsvolle Tertianer Otto Friedrich Gottlieb Rose von hier an einem langwierigen Fußübel und wurde von den eben anwesenden Lehrern und Mitschülern zu seiner letzten Ruhestätte geleitet.

Ohne die ordnungsmäßige Abmeldung ist fortgeblieben der Tertianer Friedrich Julius Böhrig von hier.

Vom 30sten November bis zum 2ten Dezember v. J. hielt Herr Provinzial-Schulrath Dr. Schrader eine Revision der Anstalt ab, indem er in diesen Tagen während der Schulstunden sämtliche Klassen besuchte, auch von der häuslichen Unterkunft einzelner Auswärtigen persönlich Kenntniß nahm; gleichzeitig beehrte Se. Excellenz der Herr Oberpräsident der Provinz Preußen, der Wirkliche Geheime Rath, Herr Dr. Eichmann, am 2ten December die übliche Morgenandacht und den Unterricht in der obersten Klasse mit seiner zweistündigen hohen Gegenwart in drei Lektionen.

Am 25ten Junius wurde das Schulfest durch Ausmarsch nach den Plickener Höhen und sodann nach Kallnen in hergebrachter Heiterkeit begangen, wozu wesentlich Herr Stadtmusikus Stadthaus durch freiwillige Einstellung seines Musikcorps beitrug. Auch sind wir unsern verehrlichen Mitbürgern, den Herren v. Awehde = Wilken, Hoffmann, Hundsdörfer = Luschen, Lambrücker, Rogée, Rudatis, Zenthöfer und Frau Wegmann = Stannaitzchen für die freundliche Bestellung von bezüglich zwei = und vierspännigen Wagen zur Rückfahrt Aller aufs dankbarste verbunden.

Am 7ten Julius schlossen sich, wie in früheren Jahren, und mit gleich erbaulichem Erfolge, die Lehrer und mehrere Schüler der Anstalt der Feier des heil. Abendmales an, welche zunächst für die am 4ten vorher Konfirmirten abgehalten wurde. — Im Laufe des Sommers ist ein regelmäßiger (abwechselnder) Kirchenbesuch der Jüglinge der Anstalt durch Anweisung von bestimmten Plätzen für dieselben ermöglicht und eingerichtet worden.

Am 24ten Februar und 3ten September sind unter dem Voritze des Königl. Provinzial = Schulrathes Herrn Dr. Schrader folgende Primaner, sämmtlich evangelischer Konfession, in der regelmäßigen Prüfung als reif zum Besuche der Universität befunden und erklärt worden:

Seit 1809 fortlaufende Nummer.	Namen.	Geburtsort.	Stand und Wohnort des Vaters.	Lebensalter. Jahr.	Aufgenommen in Klasse.	Aufenthalt in der Anstalt überhaupt. Jahr.	in Prima. Jahr.	Gewähltes Fakultätsstudium.	Universität, auf welcher sie studiren zu wollen erkl. haben.
263	Richard Ludwig Wegmann.	Schönwalde, bei Elbing.	verst. Ober = Amtmann zu Stannaitzchen (Kreis Gumbinnen).	19 1/2	IV.	8 1/2	2 1/2	Rechte.	Unbestimmt.
264	Karl Friedr. Julius Ebinger.	Pillau.	Reg. = Hauptkassen = gehülfe zu Gumbinnen.	17 1/4	V.	7	2	Sprachwissenschaft.	Königsberg.
265	Albert Ludwig Jordan.	Gumbinnen.	Bäckermeister.	20 1/4	IV.	8	2	Unbestimmt.	—
266	Matthias Lachner.	Rassawen, Kreis Stallupönen.	verst. Schmiedemeister zu Rassawen.	21 1/2	V.	7	2	Gottesgelahrtheit.	—
267	Maximilian Friedrich Constantin Schulz.	Ditva, Kreis Danzig.	Kgl. Forstmeister zu Gumbinnen.	20 1/4	V.	8	2	Forstwissenschaften.	Greifswalde.
268	Adolph Joseph Wilhelm Gustav Siehr.	Krnsberg in Westphalen.	Königl. Geheimer und Ober = Regierun = Rath zu Gumbinnen.	20 1/4	VI.	12 1/2	2	Heilkunde.	Königsberg.
269	Robert Hermann August Wach.	Kaukehmen, Kr. Niederung.	Königl. Gericht = Rath zu Schirwindt.	22 1/4	IV.	9 1/2	2	Naturwissenschaften.	—

Richard Wegmann (263), Julius Ebinger (264) und Matthias Lachner (266) sind in Anerkennung ihrer lobenswerthen Führung und des Ausfalls der schriftlichen Prüfungsarbeiten von der mündlichen Prüfung entbunden worden.

